



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Theoni. 139.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Κυθηρίω σαβελλιανῶ. ρλη.

Οὐκ ἔστι, ὡς ἔγραψας, ἰδὲν τὸ ἐν γραφῇ κρυπτόμενον φῶς, δι' ὧν ἐδηλώσας ἀλλὰ μᾶλλον τυφλώτηδες πρὸς τὴν ἀγγλὴν τὴν ἐξ αὐτῆς ἀσφάλισσαν. τὸ γὰρ εἰπεῖν μίαν εἶναι φαινομένην ἐν αὐτῇ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὴν ὑπόστασιν, μεγάλης εἶναι ἀνοίας, μᾶλλον δὲ ἐμβρονησίας. εἰ γὰρ πρὸς ἡμᾶς ἀκριβῶς τῇ ἀσφαλείᾳ τῆς γεγραμμένων, εὐρήσῃς τὸ ἀπλανὲς τῶ μωτηεῖς, Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ ἐἴσομεν εἰρήναι, οὐκ, Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ ἐν εἰμ. τὸ τοίνυν ἐν τῆς μιᾶς οὐσίας δηλωτικόν. τὸ ἐσομεν τῆς δύο ὑποστάσεων σημασιτικόν.

Θεώνι. ρλη.

Οὐκ ἀρπαγμὸν ἠγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, φιλιππησίοις γράφει ὁ θεὸς Σπότολος, ἀνθρώποις καὶ δεισιδαιμονισίᾳ τῆς ἑλληνικῶν δογματῶν ἑλλήνων πρὸς μάχης καὶ φύλαξι, καὶ ἐκ τῆς πρὸς οὐκ εἶνα χολῆς ἀποδοξάτωτος πρὸς τὸ κήρυγμα ἔχουσι τοῦ εὐαγγελίου. ἐπεὶ δὲ γὰρ ἔμαθον ἑλληνίζοντες τὸν θεὸν αὐτῆς καὶ ὑπατοὺς γενοῦντα ἐκτεμόντα τῆς γεννητικῆς ὀργάνων τὴν αὐτοῦ πατέρα, δέξαι ὑπαρξέως ἑτέρων ἢ αὐτῶν, καὶ τῆς βασιλείας κοινωμάτων, καὶ ἀρπαγῆς θεότητος καὶ ἐρῆς καὶ πολέμου περὶ ταύτης πολλούς, ἠπίστου εἰ ἦρος τῷ θεῷ δ' εὐρο ἑπιφοιήσας σεσάρκωται καταλιπὼν ἰὰ εὐράνια, καὶ μὴ δεδιώς τινα τῶ κράτους μετὰ θεοῖν. ταύτην ποίνην αὐτοῖς τὴν ἀγνωσίαν, καὶ μᾶλλον ἀνοίαν, ὁ θεὸς ἀνθρώπος καὶ τῆς σπέρητων διδάσκαλος διορθῶντος φησι, τοῦτο φρονεῖσθε ἐν ὑμῖν ὁ καὶ ἐν χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ θεῶ ὑπαρχων, ἔχων ἀρπαγμὸν ἠγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ ἀλλ' ἐαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν, τετέστιν, ἢν ἤρπασε θεότητα, καὶ βασιλείαν, ἀλλ' ἐμφυτον ἔχε πρὸ τῆς αἰώνων, ἔδ' ἀφαιρέθηνα ὑπέλαβεν, ἀλλὰ δεσποτικῶς

Cytherio Sabelliano. 138.

Lux illa, inquis, quæ in scriptura delitescit, per ea, quæ exposuisti, cerni non potest. Imò verò ipse ad splendorem ex ea rutilantem caligas. Nam quod ais vnam Patris & Filij personam in ea esse videri, magnæ stoliditatis, imò stuporis ac delirij est. Si enim ad eorum, quæ scripta sunt, cautionem & securitatem diligenter animum adicias, mysterij certitudinem ab omni errore liberam reperies. Ego enim & Pater meus vnum sumus, dictum est: non, ego & Pater vnum sum. Itaque vox hæc, vnum vnam essentia indicat, illa autem, sumus, duas personas esse significat.

Adversus sabellianos.

Ioan. 10.

Theoni. 139.

Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, inquit Apostolus ad Philipenses scribens, hoc est ad homines superstitiosos, & Ethnicorum dogmatum propugnatores & custodes, ac propter otium in illis collocatum sic affectos, ut evangelij prædicationem minimè admittere vellent. Quoniam enim cum Gentiles essent, supremum Deum suum patri suo eas partes, quæ ad gignendum destinatæ sunt, præcidisse didicerant, illud videlicet metuentem, ne alij filij existerent, regni que socij & consortes, ac diuinitatis arreptiones, & diffidia de ea ac bella orientur, addubitabant an Dei filius, relictis cæli sedibus, nec vllam regni atque imperij commutationem veritus, ad nos veniens carnem suscepisset. Huic igitur eorum ignorantia, vel potius amentia, diuinus vir atque arcanarum rerum doctor medicinam afferens, his verbis vitur: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed ex inaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Quod perinde est ac si diceret: Deitatem ac regnum haudquaquam per vim eripuit, verum ante sæcula innatum habuit. Neque item, ut id sibi eriperetur, subti-

Philip. 2.

Philip. 2.

Philip. 2. *1. Pet. 3.* *2. Pet. 3.* *Matth. 2.4.*
 muit: verum cum & caelestium, & terrestrium, & infernorum Dominus esset, nec supera reliquit, & ad nos accessit: Imò etiã ad inferos vsque profectus est vt per omnia grassatus, vndique omnia in salutem assereret: in terra nimirum eos, qui viuunt, ac victuri sunt, renouans: infra terram autem, eos, qui illic tenebantur, à mortis tyrannide abstrahens.

Zosimo. 140.

Ioh. 4.
 Humilis & abiecte Zosime, hora extrema est: quid vt in vitæ primordiis ignauia torpes? Messis tibi aduenit, alba est regio ad excisionem: quid, tanquam adhuc in semente sis, incuria laboras? Capitis tui pili finem tuum te doceat. Quid est quod diuturnum tempus te finem tuum perspicere minimè docuit? Iudex cum terrore accedit: quid tu opera tua ad collectionem non præparas? Crapulæ indulgere desine: aliquando saltem respisce. Ne diuinam lenitatem ludibrio habeas, cum temulentis edens ac bibens. Deus venire non moratur, vt existimas: verum tùm acceder, cùm tu ignorabis. Ac deinceps iam te ex hac temulentia emergere oportet, saltem metu coërcitum & castigatum.

Adamantio. 141.

Genes. 2.
 Dic ad Iudæum, qui de diuina incarnatione tecum altercatus est, negatque fieri posse vt natura humana citra complexum venerem ac semen pariat: Haud nouum ac mirum videri debet, si cum omnibus legis mysteriis ac dogmatibus hoc quoque ignoras. Nam qui ipsamet legis præludia, quæ perspicua & aperta sunt, minimè cognoscere potuisti, quonam pacto in abditum ipsius penerrare prospicere queas? Scriptum est enim: immisit Deus soporem in Adam: cùmque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et edificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adâ, cùm prius ipsum Adam è terra creasset. En igitur vir è terra, & mulier ex viro: & vterque

υπάραγον, καὶ τῆς ἐπιφανείων, καὶ τῆς ἑπιφανείων καὶ τῆς κελιαροῦσιων, ἐδὲ τὰ ἄνω κατέλιπε, καὶ πρὸς ἡμᾶς παρεγένετο. ἐπὶ καὶ τῶ ἀδελφῆ ἐπιφοίτησας, ἵνα ἀφ᾽ πάντων γενόμενος, πάντοθεν τὰ πάντα ἀνασώζηται: ἑπὶ γῆς μὲν τοὺς ζῶντας καὶ ζήσομένους ἀνανεοῦμενος. ὑπὸ γλῶσφῶ δὲ τῶ κραταυδῶντος ἢ τῶ θανάτῳ τυραννίδος ἀφαιρέμενος.

Zosimō. ρμ.

Ταπεινὸν Ζόσιμε, ἐσχάτη ὥρα ἐστὶν. τί ὡς ἀρχαῖς ἔχον τοῦ ζῆν ῥαθυμίας. ὁ θελοσμός σοι παρέστηκε: λευκὴ ὄστιν ἡ χώρα πρὸς τομὴν. τί ὡς πρὸς τὴ σπείρα ὡς τὴ ἀμελείᾳ αἰτρίχες σε τὸ τέλος διδάσκέτωσαν. τί ὁ μακρὸς σε χρόνος τὸ πέρρας σωροῦν οὐκ ἐπαίδευσεν. ὁ χριτῆς ἔμφθος ὠδραίνεται. τί ἔχ᾽ εἰσοι- ἰμφοσος. μιάζεις τὰ ἔργα σου πρὸς τὴν οἴσασιν. πᾶσαι κραπαλῶν. νῆσον κἂν ὁψέ μὴ καταγέλα τῆς θείας μακροθυμίας, ἐοδίον καὶ πίναν μετὰ τῆς μεθυόντων. ἔχρονίζεις ἐλθεῖν ὁ κύριός σου, ὡς νομίζεις. ἀλλὰ τότε ὠδραίνεται, ὅτε σὺ οὐ γνώσκεις. καὶ ζῆσέ σε λοιπὸν ἀναλήψαι, καὶ ἐκείνῳ τῶ φόβῳ σφρονοσέσθαι.

Αδμαντία. ρμα.

Εἰπέ τῷ ἰουδαίῳ τὸ πρὸς σε διενεχθέντι περὶ τῆς γέας σαρκώσεως, καὶ λέγοντι, ὅτι ἀδύατόν ἐστι φύσιν ἀνθρωπέα διχα σωσῆσαι καὶ σπέρματος τε κἂν ὅτι οὐδὲν ἔνον, ἢ καὶ τοῦτο ἀγνοεῖς, μετὰ τῆς πάντων τῆς τῶ νόμου μυστηρίων καὶ δογματῶν. ὁ γὰρ εὐθέως τὸ πρὸς οἴμα τῶ νόμου καταμαθεῖν μὴ δυναθῆς, ὅτι διηλα ὄντα ἔσασφῆ πῶς δυνάσαι εἰς τὴν σπέρκρυφον αὐτοῦ διδῆν, ἢ ἀγκύλας βυθόν. γέγραπται γὰρ ὅτι ἐπέβαλεν ὁ θεὸς ἕκαστην ἐπὶ τὸν Ἀδάμ, καὶ ὑπνώσει, καὶ ἔλαβε μίαν τῆς πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα αὐτῆς καὶ ὠκοδόμησε τὴν πλευρῶν ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ.